fide nostra ad populum orationes, quamque apud iudices interritus
semper adstiterit docens et disputans etiam in ipsis tribunalibus, utque
his, qui in persecutione titubaverant, cohortationibus suis ad consur-
gendum dexteram dederit et in carcere positus qualiter ingressis ad se
fratribus animos ad martyrii tolerantiam roborarit quosve etiam ipse
pro martyrio pertulerit cruciatus utque sit clavis affixus et ardenti
rogo superpositus et ut in his beatum vitae fecerit finem, si qui vult
plenius scire, ex illa, quae nobis de antiquis martyribus scriptura con-
posita est, plenius discet. post haec etiam aliorum apud Pergamum 48
Asiae urbem martyrum gesta referuntur: Carpi cuiusdam et Papirii et
Agathonicae optimae feminae aliarumque multarum, quae pro beatis
confessionibus martyrio coronatae sunt.

[XVI] Cum quibus et vir mirabilis, de quo paulo superius fecimus men- Ις 16 1
tionem, Iustinus cum secundum iam librum pro religionis nostrae de-
fensione conscriptum temporis illius iudicibus obtulisset, remunerationem
linguae fidelis et eruditae martyrii munus accepit, quodam philosofo
Crescente nomine, cane tam professione quam moribus, dolos viro in-
sidiasque tendente, quoniam quidem saepe cum eo disputans audi-
toribus mediis non solum obtinuerat eum, verum et vehementius veri-
tate sibi suffragante confuderat, unde et victoriae suae palmam mar-
tyrium percepit a domino. hoc autem ita futurum etiam beatus ipse 2
verus philosofus veritatis in ea defensione, quam ab eo conscriptam

NPOF

5 titubauerunt *N* titubauerint P^a | **10** nobis] a nobis P^2 | **12** paperii *NF* | **16** secundum] NP^a (*vel* P^1) *O* secundo P^b (*vel* P^2) *F* | **22** suae *om. P* | **23** percepit] *POF* suscepit *N*

καὶ ἔμελλεν ὅσον οὔπω περὶ αὐτὸν συμβήσεσθαι, προλαβὼν ἀποσημαίνει τούτοις τοῖς ῥήμασιν

»κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευ- 3
»θῆναι καὶ ξύλῳ ἐντιναγῆναι ἢ κἂν ὑπὸ Κρήσκεντος τοῦ ἀφιλο-
»σόφου καὶ φιλοκόμπου· οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα,
»ὅς γε περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται, δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ ὡς ἀθέων καὶ
»ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν
»τῶν πεπλανημένων τοῦτο πράττων. εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὼν τοῖς 4
»τοῦ Χριστοῦ διδάγμασιν κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνηρός ἐστιν καὶ
»ἰδιωτῶν πολὺ χείρων, οἳ φυλάττονται πολλάκις περὶ ὧν οὐκ ἐπί-
»στανται, διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν· καὶ εἰ ἐντυχὼν μὴ συνῆκεν
»τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον ἢ συνεὶς πρὸς τὸ μὴ ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος
»ταῦτα ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον ἀγεννὴς καὶ παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ
»ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν. καὶ γὰρ προθέντα με καὶ 5
»ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας, μαθεῖν καὶ ἐλέγξαι
»ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. καὶ ὅτι ἀληθῆ
»λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος
»καὶ ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν· βασιλικὸν δ' ἂν
»καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου 6
»καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερὸν ὑμῖν ἐστιν ὅτι οὐδὲν τῶν ἡμε-
»τέρων ἐπίσταται· ἢ εἰ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ
»λέγειν, ὡς πρότερον ἔφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνὴρ
»δείκνυται, ὅς γε μηδὲ τὸ Σωκρατικόν, ἀξιέραστον ὄν, τιμᾷ«.

3—23 Iustin. apol. 2, 3 — **3—8. 16—23** Chron. pasch. 482, 10—483, 7 — **22** 4/5 — **23** Plat. resp. 10, 595c

ATERBDMΣΔ

2 *τούτοισ* TERBDMΣΔ *τούτοισ αὐτοῖσ* A | **4** *καὶ* BD Iust Chron pasch *κἂν* ATERM | *ἐντιναγῆναι* HΔ *ἐντιναχθῆναι* Chron pasch *ἐμπαγῆναι* Σ Iust *καὶ* BD | **4/5** *ἀφιλοσόφου* ARBDMΣΔ *φιλοσόφου* TE Chron pasch *φιλοψόφου* Iust | **5** *καὶ* BDMΣ Iust Chron pasch *ἢ καὶ* ATER *sed Δ* | **7/8** *ὄντων—πολλῶν τῶν* > M | **8** *τῶν πεπλανημένων* TERBDΣΔ Iust Chron pasch *πλανημένων* M *πεπλανημένωσ* A | **9** *ἡμῶν* ABDMΣ Iust *ἡμῶν πάντων* TER **10** *πολλῶ* B | *πολλάκισ* H *vielleicht* Σ > Δ | **13** *ἰδιωτικῆσ* ABDMΣΔ Iust *ἰδιώτησ* TER | **14** *ἐλάττων ὤν* AT^{c}ER Iust *ὢν ἐλάττω* B *ὢν ἐλάττων* D *ὢν ἔλαττον* M *ἐλαττόνων* T^{1} | **21** *ἢ εἰ* ATERDM *ἢ* B *ἢ εἰ καὶ* Iust | *δὲ* TERBDMΣ Iust Chron pasch > A | **22** *ὁ ἀνὴρ* M *ἀνὴρ* ATERBD | **23** *μὴ* B | *ὂν* > B

supra diximus, aperte, sicut erat futurum, profetica mente praedixit his verbis:

›Nam et ego‹, inquit, ›spero me ab aliquo horum, quibus pro veri- 3
›tate obsisto, insidias esse passurum, spero baculo aut clava feriendum,
›certe vel a Crescente hoc non filosofo, sed φιλοκόμπῳ, id est non
›amatore sapientiae, sed amatore iactantiae. neque enim dignum est
›filosofum nominari eum, qui de his quae nescit publice protestatur
›et Christianos sine deo esse et impios dicit ad gratiam et libidinem
›eorum, quos in errore positos ipse maioribus laqueis erroris involvit.
›si enim ignoratur ab eo Christi doctrina et ea arguit quae ignorat, 4
›nequissimus est et imperitis multo nequior, quia et imperiti vel idiotae
›observant, ne disputare audeant de his quae ignorant et de illis testi-
›monium perhibere quae nesciunt. si vero legit, quae apud nos scripta
›sunt, et aut non intellexit eorum virtutem aut intellexit quidem, sed
›dissimulat, ne et ipse suspectus habeatur in talibus, multo nequior et
›detestabilior iudicandus est, qui imperiti vulgi captans favorem, veri-
›tatis ac pietatis, quam probat, hostis existit et proditor. nam et pro- 5
›posuisse me ei sciatis quaedam, ex quorum responsionibus nihil scire
›convictus est. et in tantum vera sunt quae dico, ut putem vobis etiam 6
›quaestionis habitae inter nos disputationes adlatas, ex quibus aper-
›tissime dinoscitur, quae nostra sunt, penitus ignorare. si vero necdum
›venerunt haec ad notitiam vestram, paratus sum rursum vobis audien-
›tibus disputare‹.

NPOF

1 dixit *P* | **5** filocompo P^2O^2F filocumpo *N* filoc*mpo P^1 filocampo O^1 | **8** et impios] etiam pios *N* | ad gr.] et gr. *P* | **16/17** pietatis ac ueritatis *P* | **20** quaestiones *NP* | disputationis NO^1

ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἰουστῖνος· ὅτι δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόρρησιν 7
πρὸς τοῦ Κρήσκεντος συσκευασθεὶς ἐτελειώθη, Τατιανός, ἀνὴρ τὸν
πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι καὶ
δόξαν οὐ σμικρὰν ἐν αὐτοῖς ἀπενηνεγμένος πλεῖστά τε ἐν συγγράμ-
μασιν αὐτοῦ καταλιπὼν μνημεῖα, ἐν τῷ Πρὸς Ἕλληνας ἱστορεῖ, λέ-
γων ὧδε

»καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι »τοὺς προειρημένους λῃσταῖς«.

εἶτ' ἐπειπών τινα περὶ τῶν φιλοσόφων, ἐπιλέγει ταῦτα 8

»Κρήσκης γοῦν ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει παιδεραστίᾳ
»μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν· θανάτου 9
»δὲ ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων οὕτως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον,
»ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ μεγάλῳ κακῷ, τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν
»πραγματεύσασθαι, διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν λίχνους τοὺς φι-
»λοσόφους καὶ ἀπατεῶνας συνήλεγχεν«.

καὶ τὸ μὲν κατὰ Ἰουστῖνον μαρτύριον τοιαύτην εἴληχεν αἰτίαν·
ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀγῶνος ἑτέρων πρὸ αὐτοῦ *IZ* 17 1
μαρτυρησάντων ἐν τῇ προτέρᾳ μνημονεύει ἀπολογίᾳ, χρησίμως τῇ
ὑποθέσει καὶ ταῦτα ἱστορῶν· γράφει δὲ ὧδε 2

»γυνή τις συνεβίου ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνουσα καὶ »αὐτὴ πρότερον· ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω, ἐσω»φρονίσθη, καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο, τὰ »διδάγματα ἀναφέρουσα τήν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως καὶ

2/3 Tatian. p. 36, 26 — **7/8** Tatian. p. 20, 15—17 — **10—16** Tatian. p. 21, 1—6 — **20**—S. 362, 24 Iustin. apol. 2, 2

ATERBDMΣΔ

1 ὁ > R | **4** ἐν² > T¹D¹ corr. T¹D¹ | **4/5** *συγγράμματα* D¹ corr. D¹ **6** *ὧδε* TERBD *ὧδέ πωσ* AM | **8** *λῃστάσ* R¹ corr. Rc | **10** ὁ > M **15** *συνήλεγχεν* BD Tat *ἐξήλεγχεν* ARM *ἐξήλεγχε* TE | **16** *αἰτίαν* BDM *τὴν αἰτίαν* ATER | **17** *IZ* ΑΣ 354, 15 B 352, 17 Dc **17** *Κς* ERM | *ἀγῶνοσ* BDMΔ *μαρτυρίου* ATERΣ | **18** *προτέρα* TERBDM *προτέρα αὐτοῦ* AΔ *in der ersten Vertheidigung welche von ihm gemacht ist den Königen* Σ | **19** *ἱστορῶν γράφει δὲ* ABDM *ἱστορεῖ γράφων* TER | **21** *αὕτη* BD | **21**—S. 362, 15 *ἐσωφρονίσθη — ἐλεγχόμενον* > Iust HS | **22** *τὰ* > BD

Haec sunt beati Iustini verba, in quibus secundum ea quae prae-
dixerat, per Crescentis insidias martyrio consummatus est. Tatianus 7
quoque, vir eruditissimus in prima aetate sua cum magna admiratione
oratoriam docens, ex qua et non parum gloriae quaesierat, postmodum
ad nostra se studia convertens, libros etiam ipse adversum gentes dignos
memoria dereliquit, in quibus Iustini meminit his verbis:

›Sed et admirabilis‹, inquit, ›vir Iustinus satis recte prosecutus est,
›similes istos dicens esse latronibus‹.

Et post aliquanta, cum de filosofis quaedam dixisset, addit etiam haec: 8

›Crescens denique ille, qui obsedit urbem magnam, in puerorum
›quidem stupris omnes praeibat, in pecuniae autem cupiditate nullo in-
›ferior erat. mortem vero cum ceteris contemnendam suaderet, ipse 9
›tam pessimam de ea opinionem gerebat, ut Iustinum tamquam ultimo
›malo traderet morti, pro eo quod veritatem praedicans voluptuosos et
›deceptores filosofos arguebat‹.

[XVII] Idem quoque Iustinus priusquam proprium desudaret, aliorum, qui *IZ* **17** 1
ante se martyres extiterant, describens agones, in primo defensionis
suae libro talia quaedam refert:

›Mulier‹, ait, ›quaedam coniuncta erat viro turpi, quae et ipsa prius 2
›turpiter vixerat. haec postquam Christi praecepta cognovit, pudica
›effecta viro quoque de pudicitia persuadebat, suggerens ei scriptum

NPOF

6 memoriae *PO* | 9 addidit *P* | 17 extiterant] *NO*[2] extiterunt *PO*[1]*F*

»μετὰ λόγου ὀρθοῦ βιοῦσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν ἀπαγ-
»γέλλουσα. ὁ δὲ ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων. ἀλλοτρίαν διὰ 3
»τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμετήν· ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ λοιπὸν
»ἡ γυνὴ συγκατακλίνεσθαι ἀνδρὶ παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ
»παρὰ τὸ δίκαιον πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποιεῖσθαι,
»τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβουλήθη. καὶ ἐπειδὴ ἐξεδυσωπεῖτο ὑπὸ τῶν 4
»αὐτῆς, ἔτι προσμένειν συμβουλευόντων ὡς εἰς ἐλπίδα μεταβολῆς
»ἥξοντός ποτε τοῦ ἀνδρός, βιαζομένη ἑαυτὴν ἐπέμενεν· ἐπειδὴ δὲ ὁ 5
»ταύτης ἀνὴρ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθείς, χαλεπώτερα πράττειν
»ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων
»γένηται μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινο-
»μένη, τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα ἐχωρίσθη. ὁ δὲ καλὸς 6
»κἀγαθὸς ταύτης ἀνήρ, δέον αὐτὸν χαίρειν ὅτι ἃ πάλαι μετὰ τῶν
»ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθοφόρων εὐχερῶς ἔπραττεν μέθαις χαίρουσα
»καὶ κακίᾳ πάσῃ, τούτων μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο καὶ αὐτὸν τὰ
»αὐτὰ παύσασθαι πράττοντα ἐβούλετο, μὴ βουλομένου ἀπαλλαγείσης,
»κατηγορίαν πεποίηται, λέγων αὐτὴν Χριστιανὴν εἶναι. καὶ ἣ μὲν 7
»βιβλίδιόν σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀνέδωκεν, πρότερον συγχωρηθῆναι
»αὐτῇ διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα, ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ
»τοῦ κατηγορήματος μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοίκησιν. καὶ
»συνεχώρησας τοῦτο· ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνὴρ πρὸς ἐκείνην μὲν μὴ 8
»δυνάμενος τὰ νῦν ἔτι λέγειν, πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, ὃν Οὐρβίκιος
»ἐκολάσατο, διδάσκαλον ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημάτων γενό-
»μενον, ἐτράπετο διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου. ἑκατόνταρχον εἰς δεσμὰ 9
»ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα, ἔπεισε λαβέσθαι
»τοῦ Πτολεμαίου καὶ ἀνερωτῆσαι εἰ, αὐτὸ τοῦτο μόνον, Χριστιανός

A [bis 2 ἀλλοτρίαν διὰ], a [von 3 τῶν πράξεων an], TERBDMΣΛ

1 ἐν > R | **2/3** *durch seine unreinen Thaten* Σ | **5** πειρώμενον M | **7** ἐλπίδας B | **8** ὑπέμενεν D | **10** ἀπήγγελλον B | **11** γένηται BM γίνηται aTERD | **12** ὑμῖν aBDM ἡμῖν TER | **14** ἔπραττεν aT^{1}BDMΣ ἔπραττεν κυλιομένη ἡ γυνὴ $T^{cm}$$T^{rm}$ER | **15** πάσῃ > BD | τῶν πράξεων] τῶν κακῶν M | καὶ αὐτὸν ⟨δὲ⟩ Iustin | **16** μὴ βουλομένου aTERMΛ > BDΣ | ἀπαλλαγείσης in ἀπαλλαγεῖς durch Rasur corr. D | **18** ἀναδέδωκεν BD | **20** διοίκησιν T^{1}BDMΣ διοίκησιν ὑπέσχετο a διοίκησιν ὑποσχομένη T^{c}ER | **21** ποτὲ > a + a^{1m} | μὲν unrichtig | **22/23** ὃν—ἐκολάσατο ΠΣ > Λ, voreusebianische Interpolation vgl. Buecheler, Rh. Mus. 35, 285 | **22** Οὐρβίκιος] vgl. zu 362, 18 | **24/25** εἰς—Πτολεμαῖον ΠΣ > Λ, voreusebianische Interpolation | **26** αὐτὸ τοῦτο μόνον τοῦτο B

»esse in Christianorum praeceptis aeternas inminere poenas his qui
»pudicitiam in vita sua iustitiamque contempserint. sed ille in eadem 3
»obscenitate persistens actibus iam suis alienam a se faciebat uxorem.
»quippe cum nefas esse mulier aestimaret in eius mariti contubernio
»permanere, qui naturae lege contempta novas vias libidinis exquirebat,
»statuit igitur repudiare iura coniugii. sed propinquis intervenientibus 4
»et de mariti emendatione pollicentibus conpulsa est in eius rursum
»consortio residere. verum ille post haec Alexandriam profectus, cum 5
»turpius agere atque incestae vitae maiora nuntiaretur augmenta quae-
»sisse, mulier, ne ultra in coniunctione eius manens particeps incesti
»hominis haberetur, libello ei repudii dato discedit. tum ille egregius 6
»maritus, quem gaudere oportuerat, quod in tantum uxoris suae ca-
»stitas profecisset, ut non solum nihil turpe committere, sed ne mariti
»quidem patienter ferre turpitudinem posset, a quo emendationem refu-
»tante pro castimoniae amore discesserit, novo criminis genere pro
»castitate accusat uxorem: »Christiana«, inquit, »est«. et illa quidem li- 7
»bellum tibi obtulit, imperator, ut primo permitteretur ei rem fami-
»liarem ordinare, tum deinde responderet obiectis, quod et indulsisti.
»verum maritus, cum mulierem non posset arguere, in Ptolemaei cuiusdam 8
»exitium, qui magister mulieris in Christiana religione fuerat, tali arte
»conversus est. amicum habebat centurionem quendam; huic persuadet, 9
»ut percontaretur a Ptolemaeo, si Christianus esset. hoc tantum Ptole-
»maeus tamquam amator veritatis nequaquam gloriam suae professionis

NPOF

1 aeternis *N* | **7** rursum in eius *P* | **17** obtuli *N* | **18** et *om. P*
19 possit *P* potuisset *O*

»ἐστιν. καὶ τὸν Πτολεμαῖον, φιλαλήθη ἀλλ' οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ
»ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα ἑαυτὸν εἶναι Χριστι-
»ανόν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἑκατόνταρχος πεποίηκεν, καὶ ἐπὶ πολὺν
»χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκολάσατο· τελευταῖον δὲ ὅτε ἐπὶ Οὐρ- 10
»βίκιον ἤχθη ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ
»εἴη Χριστιανός· καὶ πάλιν, τὰ καλὰ ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν
»ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδαχήν, τὸ διδασκαλεῖον τῆς θείας ἀρετῆς ὡμο-
»λόγησεν. ὁ γὰρ ἀρνούμενος ὁτιοῦν ἢ κατεγνωκὼς τοῦ πράγματος 11
»ἔξαρνος γίνεται ἢ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ
»πράγματος τὴν ὁμολογίαν φεύγει· ὧν οὐδὲν πρόσεστιν τῷ ἀληθινῷ
»Χριστιανῷ. καὶ τοῦ Οὐρβικίου κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι, Λού- 12
»κιός τις, καὶ αὐτὸς ὢν Χριστιανός, ὁρῶν τὴν ἀλόγως οὕτως γενο-
»μένην κρίσιν, πρὸς τὸν Οὐρβίκιον ἔφη »τίς ἡ αἰτία τοῦ μήτε μοιχὸν
»μήτε πόρνον μήτε ἀνδροφόνον μήτε λωποδύτην μήτε ἅρπαγα μήτε
»ἁπλῶς ἀδίκημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ
»προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα, τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκολάσω; οὐ
»πρέποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδὶ
»οὐδὲ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ Οὐρβίκιε«. καὶ ὅς, οὐδὲν ἄλλο ἀπο- 13
»κρινάμενος, καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη »δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι
»τοιοῦτος«. καὶ τοῦ Λουκίου φήσαντος »μάλιστα«, πάλιν καὶ αὐτὸν
»ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν· ὁ δὲ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει· πονηρῶν γὰρ
»δεσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι ἐπεῖπεν καὶ παρὰ ἀγαθὸν
»πατέρα καὶ βασιλέα τὸν θεὸν πορεύεσθαι. καὶ ἄλλος δὲ τρίτος
»ἐπελθὼν κολασθῆναι προσετιμήθη«.

τούτοις ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἃς προεμνημονεύ-

25/S. 364, 1 356, 3

a [bis 10 *φεύγει· ὧν*], A [von 10 *οὐδὲν πρόσεστιν* an], TER|BDMΣΛ

3 *πολὺ* M | **5** *ἦλθεν* BD | *ἐξέτασον* B | **7** *θείας* > D | **8** *ὅτι οὖν ἢ* T^c ERBDM *ὅτι οὐκ εἴη* a *quod est* Λ *ὅτι ου//η* T¹ *ἢ* bezeugt Σ | **9—11** *ἢ—Χριστιανῶι* > Λ | **9** *αὐτὸν* M | **10** *ἐκφεύγει* R | **13** *ἡ* AT^c ERMΣ > T¹BD | **15** *ἀδικήματι πράξαντι* M | **16** *ὁμολογοῦντα — ἄνον* > D¹ + Drm | **17** *φιλοσόφω ΠΣΛ φιλοσόφου* Iust HS *φιλοσόφωι Καίσαρι οὐδὲ φιλοσόφου* ergänzt Valois, für Iustin richtig | **18** *ὦ* > D¹ + D¹ | *οὐρβίκιε ΠΣΛ Οὔρβικε* Iustin [*Q. Lollius Urbicus* Prosop. imp. Rom. 2, 297] | **18/19** *ἀποκρινόμενος* M | **19** *καὶ—λούκιον* interpolirt | **21** *ἀπαλλαχθῆναι ἐποίησεν* M | **22** *τῶν τοιούτων* ATER Iust *τοιούτων* BDM > ΣΛ | *ἀπηλλαχθῆναι* M | *ἐπεῖπεν* Π *γινώσκων* [*γὰρ* >] Iust HS beides interpolirt | **25** *ἃσ καὶ* M | **25**/S. 364, 1 *προεμνημονεύσαμεν* ABDMΣ *προεμηνύσαμεν* TER *η* und *υ* auf Rasur R^c

»occultans, percontanti Christianum se esse confessus est. hunc con-
»tinuo centurio in vincla coniecit et multo tempore squalore carceris
»maceratum ad ultimum Urbicio iudici obtulit. a quo simili modo hoc 10
»solum interrogatus est Ptolemaeus, si esset Christianus. qui rursum
»tanti boni sibi conscius divinam religionem prae se tulit et de Christi
»magisterio ac totius boni institutionibus publica confessione testatus
»est. qui enim negat quod est, sine dubio culpabile iudicat esse quod 11
»negat. continuo igitur post confessionem ab Urbicio duci iubetur. 12
»Lucius autem quidam Christianus vir, videns tam temere latam sen-
»tentiam, ait ad Urbicium: »quid quaeso causae est, quod neque adul-
»terum neque corruptorem aut homicidam vel latronem raptoremque
»aut alterius cuiuslibet facinoris reum, sed tantum pro nomine Chri-
»stiani, quod hoc se vocabulo confessus est nuncupari, ad mortem duci
»hominem praecepisti? non sunt haec digna pio imperatore nec sa-
»pientissimo puero filio eius neque sacro senatu, quae agis, o Urbici«.
»at ille nihil aliud inquirens ait ad Lucium: »videris mihi et tu Chri- 13
»stianus esse«. cumque Lucius respondisset: »hoc plane sum«, etiam ipsum
»Urbicius duci pariter iussit ad mortem. ille: »gratias«, inquit, »ago, quod
»me nequissimis dominis absolutum ad bonum et optimum patrem et
»regem omnium deum remittis«. sed et tertius quidam pari modo liber-
»tate usus pari quoque sententia punitus est«.

Post haec illa Iustinus adnexuit ex ordine, quae paulo ante rettu-

NPOF

2 uincla] *POF* uincula *N* | 5 prae se tulit] praetulit P^aO^2 | 8 iubetur] NP^1O^1F iubetur ad mortem P^2O^2 | 9 prolatam O^2 | 15 senatu] *N* senatui *POF*

*σαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων »κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος
»τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι« καὶ τὰ λοιπά.*
Πλεῖστα δὲ οὗτος καταλέλοιπεν ἡμῖν πεπαιδευμένης διανοίας καὶ *ΙΗ* 18 1
*περὶ τὰ θεῖα ἐσπουδακυίας ὑπομνήματα, πάσης ὠφελείας ἔμπλεα·
ἐφ' ἃ τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψομεν, τὰ εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἐλ-
θόντα χρησίμως παρασημηνάμενοι. ὁ μέν τίς ἐστιν αὐτῷ λόγος* 2
*πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ προσαγορευθέντα καὶ τοὺς τούτου
παῖδας τήν τε Ῥωμαίων σύγκλητον προσφωνητικὸς ὑπὲρ τῶν καθ'
ἡμᾶς δογμάτων, ὁ δὲ δευτέραν περιέχων ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως
ἀπολογίαν, ἣν πεποίηται πρὸς τὸν τοῦ δεδηλωμένου αὐτοκράτορος
διάδοχόν τε καὶ ὁμώνυμον Ἀντωνῖνον Οὐῆρον, οὗ τὰ κατὰ τοὺς
χρόνους ἐπὶ τοῦ παρόντος διέξιμεν· καὶ ἄλλος ὁ πρὸς Ἕλληνας, ἐν* 3
*ᾧ μακρὸν περὶ πλείστων παρ' ἡμῖν τε καὶ τοῖς Ἑλλήνων φιλοσόφοις
ζητουμένων κατατείνας λόγον, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει
φύσεως· ἃ οὐδὲν ἂν ἐπείγοι τὰ νῦν παρατίθεσθαι. καὶ αὖθις* 4
*ἕτερον πρὸς Ἕλληνας εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ
ἐπέγραψεν Ἔλεγχον, καὶ παρὰ τούτους ἄλλο περὶ θεοῦ μοναρχίας,
ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν
συνίστησιν βιβλίων· ἐπὶ τούτοις ἐπιγεγραμμένον Ψάλτης, καὶ ἄλλο* 5
*σχολικὸν περὶ ψυχῆς, ἐν ᾧ διαφόρους πεύσεις προτείνας περὶ τοῦ
κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προβλήματος, τῶν παρ' Ἕλλησιν φιλοσόφων
παρατίθεται τὰς δόξας, αἷς καὶ ἀντιλέξειν ὑπισχνεῖται τήν τε αὐτὸς
αὑτοῦ δόξαν ἐν ἑτέρῳ παραθήσεσθαι συγγράμματι. καὶ διάλογον* 6
*δὲ πρὸς Ἰουδαίους συνέταξεν, ὃν ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων πόλεως πρὸς
Τρύφωνα τῶν τότε Ἑβραίων ἐπισημότατον πεποίηται· ἐν ᾧ τίνα
τρόπον ἡ θεία χάρις αὐτὸν ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως παρώρμησε λόγον,
δηλοῖ ὁποίαν τε πρότερον περὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα σπουδὴν
εἰσενήνεκται καὶ ὅσην ἐποιήσατο τῆς ἀληθείας ἐκθυμοτάτην ζή-
τησιν. ἱστορεῖ δ' ἐν ταὐτῷ περὶ Ἰουδαίων ὡς κατὰ τῆς τοῦ* 7

25—29 Iustin. dial. 2—8

ATERBDMΣΛ

1 *ἐπάγει*] *ἐπιλέγει* M | **3** *ΙΗ* ΑΣ 358, 16 BD **8** *ΚΖ* ERM | *ψυχῆσ* BD **6** *αὐτῶν ἐστι* B | **9** *δευτέραν μὲν* B *δεύτεροσ* M | **10** *δηλουμένου* BD **11** *ὃν* T¹ corr. Tᶜ | *τὰ* > B | **13** *μακρὸν* AT¹TʳB, M durch Rasur corr. *μακρῶν* TᶜERDM¹ | *πλείστον ον* auf Rasur Tʳ | **14** *κατατείνασ* BDMΛ *κατά τινασ* ATER | *λόγον* A durch Rasur corr., TʳBDMΛ *λόγων* A¹ER, T¹Tᶜ unleserlich | **15** *ἃ* in *ὃν* corr. Tʳ | **17** *ἔλεγχον* > T¹ + Tᶜ | **18** *καὶ* TERBD *καὶ ἐκ* AM | **19** *βίβλων* M *βιβλίον* BD | *ἄλλοσ* M | **20** *προ-τείνασ* aus *πρόσ τινας* corr. Dʳ | **22** *αὐτοῖσ* BDʳ | **23** *ἑαυτοῦ* M | **26** *πα-ρώρμησε* TER *παρώρμησεν* A *παρώρμηται* BDM | **27** *ἐπὶ* B

limus, id est: »et ego«, inquit, »spero me ab aliquo horum, quibus pro
»veritate obstiti, insidias esse passurum«, et cetera.
[XVIII] Plurima autem nobis hic vir studiorum monumenta dereliquit, *IH* 18 1
quibus eruditae eius animae ac divinis deditae disciplinis indicia colli-
gamus, in quibus emolumenti plurimum invenire possunt ii, qui amorem
doctrinae et scientiae gerunt. extat igitur eius liber hic, de quo su- 2
perius memoravimus, ad Antoninum, qui dicebatur Pius, et filium eius
ac senatum pro nostra religione conscriptus. sed et secundus nihilo-
minus defensionem nostrae fidei continens, quem scribit ad successorem
supra dicti principis Antoninum Verum, cuius tempora nunc coepimus
explicare. sed et alius liber est adversum paganos, in quo de singulis 3
vel nostris vel Graecorum filosofis conferens disputationem latissimam
conserit. ibi etiam de natura daemonum disserit quaedam, quae his
inserere longum est. sed et alius liber est adversum paganos, qui 4
superscribitur Confutatio. est et alius eius de monarchia, quem non
solum de nostris libris, sed et de Graecorum voluminibus texuit. est 5
et alius, qui superscribitur Psaltes, et alius velut in subnotationum
modo de anima, in quo diversas quaestiones inseruit ex his, quae apud
Graecorum philosophos agitantur, quibus contradicturum se repromittit
et suam de his sententiam in illius responsionis volumine prolaturum.
conposuit etiam dialogum quasi cum Iudaeis, quem apud Efesum cum 6
Tryfone Hebraeorum nobilissimo doctore habuit, in quo exponit, quo-
modo ipse per divinam gratiam ad credulitatem verae fidei perductus
sit, cum prius inmensum studium erga philosoforum gesserit disciplinas,
perquirendae veritatis amore detentus. simulque refert de Iudaeis, quod 7

NPOF

9 scribsit *P*[2] | 16 de graecorum] gr. *P* | 22 nob. hebr. *P*

Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπιβουλὴν συσκευασαμένων, αὐτὰ ταῦτα πρὸς τὸν Τρύφωνα ἀποτεινόμενος·

»οὐ μόνον δὲ οὐ μετενοήσατε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακῶς, ἀλλὰ ἄν»δρας ἐκλεκτοὺς ἐκλεξάμενοι τότε ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐξεπέμψατε εἰς »πᾶσαν τὴν γῆν, λέγοντες αἵρεσιν ἄθεον Χριστιανῶν πεφάνθαι κατα»λέγοντές τε ταῦτα ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς πάντες λέ»γουσιν. ὥστε οὐ μόνον ἑαυτοῖς ἀδικίας αἴτιοι ὑπάρχετε, ἀλλὰ καὶ »τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἁπλῶς ἀνθρώποις«.

γράφει δὲ καὶ ὡς ὅτι μέχρι καὶ αὐτοῦ χαρίσματα προφητικὰ 8
διέλαμπεν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, μέμνηταί τε τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως, σαφῶς τοῦ ἀποστόλου αὐτὴν εἶναι λέγων· καὶ ῥητῶν δέ τινων προφητικῶν μνημονεύει, διελέγχων τὸν Τρύφωνα ὡς δὴ περικοψάντων αὐτὰ Ἰουδαίων ἀπὸ τῆς γραφῆς. πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα παρὰ πολλοῖς φέρεται ἀδελφοῖς τῶν αὐτοῦ πόνων. οὕτωσὶ δὲ σπουδῆς 9
εἶναι ἄξιοι καὶ τοῖς παλαιοῖς ἐδόκουν οἱ τἀνδρὸς λόγοι, ὡς τὸν Εἰρηναῖον ἀπομνημονεύειν αὐτοῦ φωνάς, τοῦτο μὲν ἐν τῷ τετάρτῳ πρὸς τὰς αἱρέσεις αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιλέγοντα

»καὶ καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα συντάγματί φησιν »ὅτι αὐτῷ τῷ κυρίῳ οὐκ ἂν ἐπείσθην ἄλλον θεὸν καταγγέλλοντι »παρὰ τὸν δημιουργόν«,

τοῦτο δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως διὰ τούτων

»καὶ καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ κυρίου παρ»ουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν θεόν, ἅτε »μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν«.

3—8 Iustin. dial. 17 — **9/10** Iustin. dial. 82 — **10/11** Iustin. dial. 81 — **11—13** Iustin. dial. 71—73 — **18—20** Iren. 4, 6, 2 — **22—24** Iren. 5, 26, 2

ATERBDMΣΛ

3 *οὐ*² > B | **4** *ἐπιλεξάμενοι* DM | *τότε* > D | **5** *πᾶσαν* BDM Iust *ἅπασαν* ATER | *λέγοντεσ* Π Iust *λέγοντας* ΣΛ | *ἀθέων* BDr | **5/6** *καταλέγοντεσ* Π Iust *καταλέγοντας* ΣΛ | **6** *τε* > M | *καθ' ἡμᾶς* Σ | *πάντεσ* ATER Iust *ἅπαντεσ* BDM | **10** *ἔλαμπεν* D | *τε* T^c ERBDM *δὲ καὶ* AΣ^arm Λ *δὲ* Σ > T¹ | **12** *δὴ* BDM *ἂν* ATER | **14** *δὲ* TERBDM > A
19 *οὐδ'* B

adversum ecclesiam Christi insidiis feralibus agant. et pro his insimulat Tryfonem dicens:

»quia non solum non paenituistis pro his, quae a vobis male gesta »sunt, sed et viros aptos ad hoc elegistis de Hierusolymis et misistis »per omnem terram, qui circumirent et dicerent impiam haeresim sur»rexisse Christianorum, simul et criminosa quaedam diffamarent ad»versum nos, quo scilicet per haec ignorantes quique deterriti consortia »nostra vitarent. in quo non solum vobis ipsis, sed et aliis opprobria »fingendo causa mortis existitis«.

Scribit autem, quod usque ad sua tempora prophetiae gratia in 8
ecclesiis floruerit. sed et apocalypsin Iohannis apostoli esse dicit. pro-
feticis etiam quibusdam utitur testimoniis ad Tryfonem, convincens
eum de his, quod Iudaei absciderint haec de scripturis et abstulerint.
sed et multa eius alia apud quam plurimos fratrum feruntur, quae
ita probabilia ac digna veteribus iudicata sunt, ut Irenaeus ex ipsis 9
inveniatur adsumere et in quarto adversum haereses libro de his hoc
modo scribere:

»Et bene«, inquit, »Iustinus in eo volumine, quem adversum Marcionem »scribit, prosecutus est, dicens, quia ipsi domino numquam adquiescerem, »si alium deum diceret praeter omnium creatorem«.

Et iterum in quinto eiusdem operis libro dicit:

»Et optime«, inquit, »Iustinus adfirmat, quia ante adventum domini »numquam ausus est Satanas blasphemare deum, quippe qui nondum »agnovisset damnationem suam«.

NPOF

4 et misistis] emisistis *N* | **6** et] ut et *PF* | **9** existitis] *NPa* (*vel P1*) *F* extitistis *Pb* (*vel P2*) *O* | **18** quem] *sic PNO2F* quae *O1* | **19** ipse *P*

καὶ ταῦτα δὲ ἀναγκαίως εἰρήσθω εἰς προτροπὴν τοῦ μετὰ σπου- 10
δῆς τοὺς φιλομαθεῖς καὶ τοὺς τούτου περιέπειν λόγους. καὶ τὰ
μὲν κατὰ τόνδε τοιαῦτα ἦν·

ἤδη δὲ εἰς ὄγδοον ἐλαυνούσης ἔτος τῆς δηλουμένης ἡγεμονίας, *ΙΘ* 19
τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν Ἀνίκητον ἕνδεκα τοῖς πᾶσιν
ἔτεσιν διελθόντα Σωτὴρ διαδέχεται. ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων
παροικίας Κελαδίωνος τέτταρσιν ἐπὶ δέκα ἔτεσιν προστάντος, τὴν
διαδοχὴν Ἀγριππῖνος διαλαμβάνει, καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων δὲ ἐκκλη- *K* 20
σίας Θεόφιλος ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐγνωρίζετο, τετάρτου μὲν
τῶν ἐκεῖσε μετὰ Ἥρωνα καταστάντος Κορνηλίου, μετὰ δὲ αὐτὸν
πέμπτῳ βαθμῷ τὴν ἐπισκοπὴν Ἔρωτος διαδεξαμένου.

Ἤκμαζον δ' ἐν τούτοις ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας Ἡγήσιππός τε, ὃν *ΚΑ* 21
ἴσμεν ἐκ τῶν προτέρων, καὶ Διονύσιος Κορινθίων ἐπίσκοπος Πινυτός
τε ἄλλος τῶν ἐπὶ Κρήτης ἐπίσκοπος Φίλιππός τε ἐπὶ τούτοις καὶ
Ἀπολινάριος καὶ Μελίτων Μουσανός τε καὶ Μόδεστος καὶ ἐπὶ πᾶσιν
Εἰρηναῖος, ὧν καὶ εἰς ἡμᾶς τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως ἡ τῆς
ὑγιοῦς πίστεως ἔγγραφος κατῆλθεν ὀρθοδοξία.

Ὁ μὲν οὖν Ἡγήσιππος ἐν πέντε τοῖς εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσιν ὑπο- *ΚΒ* 22 1
μνήμασιν τῆς ἰδίας γνώμης πληρεστάτην μνήμην καταλέλοιπεν· ἐν
οἷς δηλοῖ ὡς πλείστοις ἐπισκόποις συμμίξειεν ἀποδημίαν στειλάμενος
μέχρι Ῥώμης, καὶ ὡς ὅτι τὴν αὐτὴν παρὰ πάντων παρείληφεν δι-
δασκαλίαν. ἀκοῦσαί γέ τοι πάρεστιν μετά τινα περὶ τῆς Κλή-
μεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα ἐπιλέγοντος
ταῦτα·

»καὶ ἐπέμενεν ἡ ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ μέχρι 2
»Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ· οἷς συνέμιξα πλέων εἰς Ῥώμην

22—24 vgl. 230, 5—7 — **25**—S. 370, 6 Zahn, Forsch. 6, 243

ATERBDMΣΛ

4 *ΙΘ* ΑΣ 364, 3 BD **4** *KH* EM | *der Regierung des Antoninus Verus* Σ **7** *κελαδίων ὅς* T[1] corr. T[c] | **8** *ἀρχὴν* DM | *K* ΑΣ **4** BD **8** *KΘ* ERM *καὶ* BDMΣ *τηνικαῦτα καὶ* ATER *uero .. per idem tempus* Λ | *ἐπὶ* > BD *δὲ* BD > ATERM | **9** *μὲν* > BD | **10** *τῶν* ABDM *τοῦ* TER | *δὲ τ'αὐτὸν* M | **12** *ΚΑ* ΑΣ **8** BD **12** *Λ* ERM | *ἤκμαζεν* B | *τε*] *τότε* B *ὃν* auf Rasur B | **18** *KB* ΑΣ **12** BD **18** *ΛΑ* ERM | **19** *μνήμην* AB DMΣ *γνώμην* TER | **21** *ὡς* > BD | **22** *μετά* BDMΣ *μεγάλα* ATER **25** *ἡ*[2] > BD | **26** *ἐπισκόπου ὄντωσ* D[1] *ω* in *ο* corr. D[r] | *οἷσ* ATERBΣ *ῶ* auf Rasur D[1], MΛ

Haec autem nobis necessario de opusculis Iustini dicta sint ad in- 10
quisitionem librorum eius studiosos quosque fidelium provocantibus.

[XVIIII] Igitur octavo anno supra dicti principis Aniceto undecimo anno *Ιθ* 19
episcopatus sui defuncto successit Soter. apud Alexandriam vero Celadion quattuordecim annis ministrato sacerdotio Agrippinum successo-
[XX] rem reliquit. apud Antiochiam vero Theophilus per idem tempus *Κ* 20
sextus ab apostolis ecclesiae pontificatum tenebat. ubi quartus post Heronem fuerat Cornelius, post quem quinto gradu Heros successerat.

[XXI] Tunc etiam Hegesippus, de quo supra memoravimus, insignis habe- *ΚΑ* 21
batur et Dionysius Corinthiorum episcopus. sed et Pinytus nobilissimus apud Cretam in episcopis fuit, Filippus etiam et Apollinaris et Melito Musanusque et Modestus et praecipuus Irenaeus, quorum omnium ad nos usque apostolicae fidei et sanae doctrinae praeclarissima monumenta perlata sunt.

[XXII] Ex quibus Hegesippus in quinto commentariorum libro, ubi sen- *ΚΒ* 22 1
tentiam suae fidei plenissima cum adstructione designat, indicat hoc etiam, quod, cum ad urbem Romam pergeret, plurimis per loca singula episcopis in sermone et caritate congressus, omnes eiusdem fidei praedicatores doctoresque reppererit. simul et de epistula Clementis ad Corinthios scripta quaedam commemorat, quae etiam inserere huic operi nostro necessarium duxi. ait ergo:

›Et permansit‹, inquit, ›ecclesia Corinthiorum in praedicatione recta 2
›usque ad Primum episcopum, quem Romam navigans vidi et resedi

NPOF

1 necessarium *N* | 8 heros] *O*[1] herus *F* hero *N* hieros *O*[2] hierus *P*
10 pynitus *NP* pinitus *OF*[1] | 11 pollinarius *Pa* | 12 praecipue *Pa*
16 plenissimam *N* | 17 sing. loca *P* | 19 repperit *N* | 20 quaedam] qua etiam *N*

»καὶ συνδιέτριψα τοῖς Κορινθίοις ἡμέρας ἱκανάς, ἐν αἷς συνανεπάημεν τῷ ὀρθῷ λόγῳ· γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, διαδοχὴν ἐποιησάμην 3
»μέχρις Ἀνικήτου· οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος, καὶ παρὰ Ἀνικήτου »διαδέχεται Σωτήρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ »ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει ὡς ὁ νόμος κηρύσσει καὶ οἱ προφῆται »καὶ ὁ κύριος«.

ὁ δ' αὐτὸς καὶ τῶν κατ' αὐτὸν αἱρέσεων τὰς ἀρχὰς ὑποτίθεται 4
διὰ τούτων

»καὶ μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν δίκαιον, ὡς καὶ ὁ κύριος, »ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ, πάλιν ὁ ἐκ θείου αὐτοῦ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλωπᾶ »καθίσταται ἐπίσκοπος, ὃν προέθεντο πάντες, ὄντα ἀνεψιὸν τοῦ »κυρίου δεύτερον. διὰ τοῦτο ἐκάλουν τὴν ἐκκλησίαν παρθένον, οὔπω »γὰρ ἔφθαρτο ἀκοαῖς ματαίαις· ἄρχεται δὲ ὁ Θεβουθις διὰ τὸ μὴ 5
»γενέσθαι αὐτὸν ἐπίσκοπον ὑποφθείρειν ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων, »ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, ἐν τῷ λαῷ, ἀφ' ὧν Σίμων, ὅθεν Σιμωνιανοί, »καὶ Κλεόβιος, ὅθεν Κλεοβιηνοί, καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοί, »καὶ Γορθαῖος, ὅθεν Γοραθηνοί, καὶ Μασβωθεοι. ἀπὸ τούτων

2/3 vgl. 324, 8—10 — **9**—S. 372, 6 Zahn, Forsch. 6, 235 — **10—12** vgl. 226, 20 ff.

ATERBDMΣΛ

1 *τοῖς Κορινθίοις* altes Glossem | **1 2** *συνανεπάημεν* A^{1}T^{1}BDM *συνανεπαύθημεν* T^{c}ER *συνανεσπάρημεν* A^{r} | **2** *διαδοχὴν ἐποιησάμην* ΠΣ *permansi inibi* Λ nach Conjectur, *ἐποιησάμην* alte Schlimmbesserung, um eine Lücke zu füllen | **3** *οὗ — Ἀνικήτου* > ΣΛ | **4** *δὲ* > D^{1}M corr. D^{r} | **9/10** *ὡς — λόγωι*] *wie wir auch gesagt haben* [אמרן für מרן] Σ | **10** *αὐτοῦ* DM | *τοῦ θείου* M | *συμεὼν* ΠΛ vgl. zu 268, S. 270, 2 | *cleophae* Λ קליופא Σ **12** *δεύτερον* Π, auf *ἐπίσκοπος* bezogen Σ > Λ; unrichtig | **13** *δὲ* T^{c}T^{r}ERD *δ'* B *aber* Σ *sed* Λ *γὰρ* AT^{1} > M | *θεβουθὶσ* B *θεβουθῆσ* D *θέβουθισ* A *θαιβουθὶσ* TER *θεοβουθῆσ* M *theobutes* und *thobutes* Λ HSS האבותיס Σ | **15** *ὧν* T^{c}ERBDM *ὢν* AT^{r}Σ > T^{1} *qui erat ex septem haeresibus in populo constitutus* Λ | *ὅθεν* BD *ὅθεν οἱ* ATERM | **16** *κλεοβιηνοί* AΣΛ *οἱ καιηνοί* T^{1}E *οἱ καιανοί* T^{r}R *καιηνοί* B *κλεϊηνοί* DM | *καὶ — Δοσιθιανοί* > D, + nach *Γοραθηνοί* | *ὅθεν καὶ* M | **17** *γορθέοσ* D *γόρθιοσ* M גוראתינוס Σ^{b} גוראתנוס Σ^{a} | *χοραθηνοὶ* T^{1} *γορθηνοὶ* T^{c} | *μασβωθεοι* TE *μασβωθεοὶ* R *μασβωθαῖοι* B *μασβωθέοι* D *μασβωθηνάιοι* M *μασβώθεοι* [ε in ras. A^{1}] *ὅθεν* A מסבותא mit Pluralpunkten Σ *et Masbutheus, unde Masbutheni* Λ *καὶ Μασβώθεοι* scheint eine alte Interpolation zu sein

›cum eo apud Corinthum diebus multis, delectatus puritate fidei eius.
›cum autem venissem Romam, permansi inibi, donec Aniceto Soter et 3
›Soteri successit Eleutherus. sed in omnibus istis ordinationibus vel
›in ceteris, quas per reliquas urbes videram, ita omnia habebantur,
›sicut lex antiquitus tradidit et prophetae indicarunt et dominus
›statuit‹.

Item idem ipse etiam de haereticis, qui suo tempore exorti sunt, 4
talia quaedam commemorat:

›Et posteaquam‹, inquit, ›Iacobus, qui cognominatur Iustus, martyr
›effectus est, sicut dominus etiam ipse reddens testimonium veritati,
›electione divina Symeon Cleopae filius episcopus ordinatur, electus ab
›omnibus pro eo quod esset consobrinus domini. propterea autem tunc
›ecclesia virgo vocabatur, quia nondum fuerat adulterini verbi sub-
›reptione corrupta. sed Theobutes quidam, quia repulsam meruit epi- 5
›scopatus, ipse coepit initio perturbare omnia et conrumpere, qui erat
›ex septem haeresibus in populo constitutus. ex quibus erat et Simon,
›a quo Simoniani, Cleobius, unde Cleobiani, et Dositheus, unde Dosi-
›theani, et Gorthaeus, unde Gorthaeni, et Masbutheus, unde Masbutheni,
›sed et Menandriani ab ipsis et Marcionistae et Carpocratiani et Va-
›lentiniani et Basilidae et Saturniani. quorum unusquisque diversis

NPOF

7 item *om. N* | 14 theobutes] *POF* thobutes *N* | 14/15 episcopatu *P²* | 16 constitutus] *NPF* constitutis *O* | 17 dosithiani *NPᵇ* | 18 gortheus *Pᵇ* gorgotheus *Pᵃ* | gortheni *POF* gorthaeani *N* | masbuteni *Pᵃ* masbutheani *N* | 19 sed et menandriani] *NPᵇOF* sed et nandriani *Pᵃ* sed et menander unde menandriani *edd.* | marcionitae *P²*

›Μενανδριανισταὶ καὶ Μαρκιανισταὶ καὶ Καρποκρατιανοὶ καὶ Οὐαλεν-
›τινιανοὶ καὶ Βασιλειδιανοὶ καὶ Σατορνιλιανοὶ ἕκαστος ἰδίως καὶ
›ἑτεροίως ἰδίαν δόξαν παρεισηγάγοσαν. ἀπὸ τούτων ψευδόχριστοι, 6
›ψευδοπροφῆται, ψευδαπόστολοι, οἵτινες ἐμέρισαν τὴν ἕνωσιν τῆς
›ἐκκλησίας φθοριμαίοις λόγοις κατὰ τοῦ θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ
›αὐτοῦ‹.

ἔτι δ' ὁ αὐτὸς καὶ τὰς πάλαι γεγενημένας παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέ- 7
σεις ἱστορεῖ λέγων

›ἦσαν δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ ἐν υἱοῖς Ἰσραηλιτῶν
›κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ τοῦ Χριστοῦ αὗται· Ἐσσαῖοι Γαλιλαῖοι
›Ἡμεροβαπτισταὶ Μασβωθεοι Σαμαρεῖται Σαδδουκαῖοι Φαρισαῖοι‹.

καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα γράφει, ὧν ἐκ μέρους ἤδη πρότερον ἐμνη- 8
μονεύσαμεν, οἰκείως τοῖς καιροῖς τὰς ἱστορίας παραθέμενος, ἔκ τε τοῦ
καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ καὶ ἰδίως ἐκ τῆς
Ἑβραΐδος διαλέκτου τινὰ τίθησιν, ἐμφαίνων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπι-
στευκέναι, καὶ ἄλλα δὲ ὡς ἐξ Ἰουδαϊκῆς ἀγράφου παραδόσεως μνημο-
νεύει. οὐ μόνος δὲ οὗτος, καὶ Εἰρηναῖος δὲ καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων 9
χορὸς πανάρετον Σοφίαν τὰς Σολομῶνος Παροιμίας ἐκάλουν. καὶ
περὶ τῶν λεγομένων δὲ ἀποκρύφων διαλαμβάνων, ἐπὶ τῶν αὐτοῦ χρό-
νων πρός τινων αἱρετικῶν ἀναπεπλάσθαι τινὰ τούτων ἱστορεῖ. ἀλλὰ
γὰρ ἐφ' ἕτερον ἤδη μεταβατέον.

9—11 Zahn, Forsch. 6, 228 — **17/18** Iren. 4, 20, 3

ATERBDMΣΛ

1 *μενανδριανισταὶ* TERBDM *ἀδριανισταὶ* A [vgl. Theodoret. haer. fab. 1, 1] *Μαρκιανισταὶ καὶ* > D | *μαρκιανισταὶ* AT^{1}M *μαρκιωνισταὶ* T^{c}ERBΛ מרקיוני Σ | **1/2** *οὐαλεντιανοὶ* T^1 corr. T^{c}T^r *οὐαλεντῖνοι* M > Σ | **2** *βασιλιδιανοὶ* ATERB^1 | *ἕκαστος ἰδίως* > B | **3** *ἑτεροίωσ* TERDM *ἕτεροι ὡσ* BΣ *ἑτέρωσ* A | *παρεισηγάγοσαν* A *παρεισήγαγον* B^{1}M *παρήγαγον* D *παρεισήγαγεν* TERB^c | **4** *καὶ ψευδοπροφῆται καὶ ψευδαπόστολοι* DM | **9** nach *περιτομῆι* 4 Buchstaben getilgt B | *Ἰσραηλιτῶν* Valois *ἰσραὴλ ἡ τῶν* AT^{1}M *ἰσραὴλ τῶν* T durch Rasur corr., ERBDΣΛ | **10** *αὗται* ΠΣ > Λ nach Conjectur, Heg. schrieb *αὐτῆς* | **11** *μασβωθεοι* TE *μασβωθέοι* R *μασβωθαῖοι* BDM *μασβώθεοι* A מצבותא Σ | **13** *παρατιθέμενοι* DM | **16** *ὡσ* BDM *ὡσ ἂν* ATER | **17** *μόνον* DM | *καὶ εἰρηναῖοσ δὲ* T^{1}BDM *ἀλλὰ καὶ εἰρηναῖοσ* AT^{c}ER | **19** *ἀποκαλύψεων* Σ | **20/21** *ἀλλὰ — μεταβατέον* > Σ

»corruptionibus fidei seorsum schisma conponens propriam sectam et
»proprios habuit sectatores. ex ipsis processerunt pseudochristi et 6
»pseudoprofetae et pseudoapostoli, qui in diversas partes fratrum uni-
»tatem scindentes per corruptelam doctrinae castum ecclesiae cubile
»macularunt, impietatem loquentes adversum dominum et adversum
»Christum eius«.

Sed et antiquas Iudaeorum haereses idem ipse scriptor, quae vel 7
quantae fuerint, per haec verba designat:

»Erant«, inquit, »diversae sententiae in circumcisione, id est in filiis »Israhel, quae maxime adversabantur tribui Iudae, ex qua Christus est. »erant ergo Essaei, Galilaei, Hemerobaptistae, Masbuthaei, Samaritae, »Sadducaei, Farisaei«.

Sed et alia quam plurima scribit, de quibus ex parte iam pro 8
locorum opportunitate in superioribus memoravimus. disseruit autem
et de euangelio secundum Hebraeos et Syros et quaedam etiam de
lingua Hebraica disputavit et Iudaicarum traditionum meminit, per
quae indicat se ex Hebraeis ad fidem Christi venisse. verum et hic 9
ipse et Irenaeus et omnis antiquorum chorus librum, qui adtitulatur
Sapientia, Salomonis dixerunt, sicut et Proverbia et cetera. de apo-
cryfis vero cum ageret adversum quosdam haereticos, corrupta in his
quaedam ac falsata esse perhibuit.

NPOF

1 scismam *P* | **5** aduersus *P*² | **10** uersabantur *P* | tribu *N* **13** iam] etiam *N* | **15** etiam *om. P* | **17/18** et hic ipse et] hic et ipse *Pa* | **21** quaedam] q. etiam *PO*²

καὶ πρῶτόν γε περὶ Διονυσίου φατέον ὅτι τε τῆς ἐν Κορίνθῳ **ΚΓ 23** 1
παροικίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγκεχείριστο θρόνον, καὶ ὡς τῆς ἐνθέου
φιλοπονίας οὐ μόνοις τοῖς ὑπ' αὐτόν, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς
ἀλλοδαπῆς ἀφθόνως ἐκοινώνει, χρησιμώτατον ἅπασιν ἑαυτὸν καθι-
στὰς ἐν αἷς ὑπετυποῦτο καθολικαῖς πρὸς τὰς ἐκκλησίας ἐπιστολαῖς·
ὧν ἐστιν ἡ μὲν πρὸς Λακεδαιμονίους ὀρθοδοξίας κατηχητικὴ εἰρήνης 2
τε καὶ ἑνώσεως ὑποθετική, ἡ δὲ πρὸς Ἀθηναίους διεγερτικὴ πίστεως
καὶ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας, ἧς ὀλιγωρήσαντας ἐλέγχει ὡς
ἂν μικροῦ δεῖν ἀποστάντας τοῦ λόγου ἐξ οὗπερ τὸν προεστῶτα αὐ-
τῶν Πούπλιον μαρτυρῆσαι κατὰ τοὺς τότε συνέβη διωγμούς. Κο- 3
δράτου δὲ μετὰ τὸν μαρτυρήσαντα Πούπλιον καταστάντος αὐτῶν
ἐπισκόπου μέμνηται, ἐπιμαρτυρῶν ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπι-
συναχθέντων καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων· δηλοῖ δ' ἐπὶ
τούτοις ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου
προτραπεὶς ἐπὶ τὴν πίστιν κατὰ τὰ ἐν ταῖς Πράξεσιν δεδηλωμένα,
πρῶτος τῆς Ἀθήνησι παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχείριστο. ἄλλη 4
δ' ἐπιστολή τις αὐτοῦ πρὸς Νικομηδέας φέρεται, ἐν ᾗ τὴν Μαρκίω-
νος αἵρεσιν πολεμῶν τῷ τῆς ἀληθείας παρίσταται κανόνι. καὶ τῇ 5
ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Γόρτυναν ἅμα ταῖς λοιπαῖς κατὰ Κρήτην
παροικίαις ἐπιστείλας, Φίλιππον ἐπίσκοπον αὐτῶν ἀποδέχεται ἅτε
δὴ ἐπὶ πλείσταις μαρτυρουμένης ἀνδραγαθίαις τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκ-
κλησίας, τήν τε τῶν αἱρετικῶν διαστροφὴν ὑπομιμνήσκει φυλάττε-
σθαι. καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Ἄμαστριν ἅμα ταῖς κατὰ 6
Πόντον ἐπιστείλας, Βακχυλίδου μὲν καὶ Ἐλπίστου ὡς ἂν αὐτὸν ἐπὶ
τὸ γράψαι προτρεψάντων μέμνηται, γραφῶν τε θείων ἐξηγήσεις πα-
ρατέθειται, ἐπίσκοπον αὐτῶν ὀνόματι Πάλμαν ὑποσημαίνων· πολλὰ
δὲ περὶ γάμου καὶ ἁγνείας τοῖς αὐτοῖς παραινεῖ, καὶ τοὺς ἐξ οἵας

14/15 Act. 17, 34

ATERBDMΣΛ

1 *ΚΓ* Σ 372, 20 A 368, 18 BD **1** *ΛΒ* ERM | *περὶ* AT^1BD *τὰ περὶ* T^c [getilgt], ERM | **2** *ἐκκλησίασ* DM | **3** *μόνον* BD | **5** *καθολικαῖς* > ΣΛ *ταῖσ ἐκκλησίαισ* T^1 corr. T^c | **6** *κατηχητικὴ* T^cERBDM *κατηχητικῆσ* AT^1 **9/10** *αὐτὸν* R^1B corr. R^c | **12** *ὡσ* ARBD *ὡσ ἂν* TEM | **16** *ἀθήνησι* ERM *γρ ἀθήνησι* T^{em} *ἐν ἀθήναισ* AT^1 *ἀθηναίων* BD | **20/21** *ἅτε δὴ* T^c auf Rasur, ERBDM *ὡσ ἂν* A | **21** *ἐπὶ* + T^c | *μαρτυρουμένης* nach *ἀνδραγαθίαις* gestellt A, nach *ἅτε δὴ* T^r, *μαρτυρούμενον* D^1 [*ον* ausradirt], Λ > T^1 | **21/22** *τῆς — ἐκκλησίας* > Λ | **24/25** *αὐτὸν — προτρεψάντων* Stephanus *αὐτῶν — προτρεψάντων αὐτὸν* TER, D^1 corr., M *αὐτὸν — προτρεψάντων αὐτῶν* B *αὐτῶν — προτρεψάντων αὐτῶν* D^1 *αὐτῶι — προτρεψάντων* A | **25** *δὲ* M | **26** *γάλμαν* BD

[XXIII] Sed veniendum nobis est tandem ad beati Dionysii commemora- *KΓ* **23** **1**
tionem Corinthiorum ecclesiae episcopi, cuius eruditione et gratia, quam
habebat in verbo dei, fruebantur non ii populi solum, quos regendos
acceperat, sed et procul positi, quibus per epistulas praesentiam sui
reddebat. extat denique eius ad Lacedaemonios scripta de catholica **2**
fide, in qua et de pace atque unanimitate florentissime docet, et alia
ad Athenienses, in qua ad euangelii credulitatem invitat et concitat
segniores, simul et arguit quosdam velut paene prolapsos a fide, cum
episcopus eorum Publius fuisset martyrio consummatus. sed et Qua- **3**
drati, qui Publio martyri successerat in sacerdotium, meminit, simul et
memorat, quod labore eius et industria redivivus quidam in eis calor
fidei reparatus sit. et illud in eadem designat epistula, quod Dionysius
Areopagites, qui ab apostolo Paulo instructus credidit Christo, secun-
dum ea, quae in apostolorum Actibus designantur, primus apud Athenas
ab eodem apostolo episcopus fuerit ordinatus. fertur et alia eius **4**
epistula ad Nicomedenses, in qua haeresim Marcionis inpugnat et ec-
clesiasticae fidei regulam mira libratione constituit. scribit et aliam **5**
ecclesiae Gortynensium ceterisque simul ecclesiis Cretae, in qua epi-
scopum ipsorum Philippum velut magnis virtutibus et optimis studiis
praeditum protestatur. dicit autem ab haereticorum conviviis abstinen-
dum. scribit et aliam ecclesiae Amastrenorum ceterisque cum ea Ponti **6**
ecclesiis, in qua Bacchylidis et Elpisti meminit, tamquam qui eum
cohortati sint ad scribendum, et multa in ea ex divinis scripturis ex-
planat simulque episcopi eorum mentionem facit nomine Palmae. sed
et de nuptiis et castitate plura commemorat et ex quocumque lapsu

NPOF

3 ii] hii *POF* hi *N* | regendum *N* | **16** nicomedienses *P* | **17** mira libratione] NP^1O^2F mirabili ratione P^2O^1 | **24** palmae] P^1O palmeae P^2NF

δ' οὖν ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελείας εἴτε μὴν αἱρετικῆς πλάνης, ἐπι-
στρέφοντας δεξιοῦσθαι προστάττει. ταύταις ἄλλη ἐγκατείλεκται 7
πρὸς Κνωσίους ἐπιστολή, ἐν ᾗ Πινυτὸν τῆς παροικίας ἐπίσκοπον
παρακαλεῖ μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς
ἐπιτιθέναι, τῆς δὲ τῶν πολλῶν καταστοχάζεσθαι ἀσθενείας· πρὸς 8
ἣν ὁ Πινυτὸς ἀντιγράφων, θαυμάζει μὲν καὶ ἀποδέχεται τὸν Διονύ-
σιον, ἀντιπαρακαλεῖ δὲ στερροτέρας ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς,
τελειοτέροις γράμμασιν εἰς αὖθις τὸν παρ' αὐτῷ λαὸν ὑποθρέψαντα,
ὡς μὴ διὰ τέλους τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντες λόγοις τῇ νη-
πιώδει ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες· δι' ἧς ἐπιστολῆς καὶ ἡ τοῦ
Πινυτοῦ περὶ τὴν πίστιν ὀρθοδοξία τε καὶ φροντὶς τῆς τῶν ὑπη-
κόων ὠφελείας τό τε λόγιον καὶ ἡ περὶ τὰ θεῖα σύνεσις ὡς δι'
ἀκριβεστάτης ἀναδείκνυται εἰκόνος. ἔτι τοῦ Διονυσίου καὶ πρὸς 9
Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφω-
νοῦσα· ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις δι' ὧν τὸ μέχρι
τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθὲν Ῥωμαίων ἔθος ἀποδεχόμενος
ταῦτα γράφει

»ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶν τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποι- 10
»κίλως εὐεργετεῖν ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν
»ἐφόδια πέμπειν, ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας,
»ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς ὑπάρχουσιν ἐπιχορηγοῦντας δι' ὧν πέμ-
»πετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι
»φυλάττοντες, ὃ οὐ μόνον διατετήρηκεν ὁ μακάριος ὑμῶν ἐπίσκοπος

4 vgl. Matth. 11, 30 — 7—10 vgl. I Kor. 3, 1. 2. Hebr. 5, 12—14

ATERBDMΣΛ

4 τὸ περὶ ἁγνείας > R | **6** γράφων T^1 corr. T^cT^r | τὸν ABDM > TER | **8** παρ' TEBDM ὑπ' ARΣ | ὑποθρέψαντα AERM ὑποθρέψοντα T^rBD, T^1T^c unleserlich | **9/10** τῇ νηπιώδει ἀγωγῇ AT^rBDM τὴν νηπιώδη ἀγωγὴν T^1ER | **10** ἐν καταγηράσαντες Dionysios | **12** λόγων B | **13** ἀποδείκνυται M | εἰκόνοσ > A^1 + A^{1m} | ἔτι AT^1DM ἔτι τε T^cERB **15** οἷον τὸ A ο//// T^1 οἷόν τε R γρ οὐδὲν οἷόν τε $T^{cm}E^m$ οἴονται M ἄτοπον T^cEBD | δι' ὧν τὸ > T, T^c getilgt, τινὰσ δι' ὧν τὸ T^{rm} | **18** zu πάντας μὲν ἀδελφοὺς fehlt das Gegenstück | **19** πολλαῖς und ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν können so nicht neben einander stehen | **20** mit ὧδε muss ein neuer Satz anfangen, ἀναψύχοντας und ἐπιχορηγοῦντας sind durch unrichtige Congruenz verdorben | **21/22** δι' ὧν πέμπετε ἐφοδίων > Λ durch Conjectur; aber die Worte sind schwerlich echt, ἀρχῆθεν gehört zu πατροπαράδοτον | **23** φυλάττοντεσ TERBDM διαφυλάττοντεσ A | ἡμῶν BD^1 corr. D^r

resurgentes et convertentes se a peccato, etiamsi ab haeretica perversi-
tate resiliant, suscipi iubet. coniungitur et his alia eius epistula ad 7
Gnosios, in qua conmonet et deprecatur episcopum eorum Pinytum, ne
gravia onera discipulorum cervicibus superponat neve fratribus necessi-
tatem conpulsae castitatis indicat, in quo nonnullorum periclitetur in-
firmitas. ad quae rescribens Pinytus Dionysio sententiam quidem 8
consilii melioris amplectitur simulque obsecrat eum post illa, quae
prius scripserat, robustioris iam et validioris cibi de cetero scripta
transmittere, quibus ad meliorem profectum ecclesiae suae populus ale-
retur, ne semper cibo lactis inhaerentes parvulorum vitam in corpore
iam senescente perducerent. simul et rectae fidei suae insignia et solli-
citudinem, quam erga curam plebis expendit, eruditionisque ac sapientiae
verbi divini in hac epistula Pinytus nobis velut in quodam speculo vi-
ventem sui dereliquit imaginem. Dionysii autem fertur et alia ad Ro- 9
manos data ad episcopum Soterem, in qua instituta antiquitus tra-
dita in ecclesia Romana custodiri libenter amplexum se his indicat
verbis

»A principio namque moris est«, inquit, »vobis omnes fratres variis 10
»iuvare beneficiis multisque ecclesiis, quae sunt per diversa terrarum,
»cuncta, quibus indigent, destinare, singulorum quoque necessitates in
»omnibus consolari, sed et per metalla fratribus relegatis, quae usus
»poscit, praebere. haec ab initio Romanae ecclesiae facere moris fuit
»a patribus sibi huiuscemodi institutione dimissa et semper integre cu-
»stodita. beatus vero episcopus vester Soter non solum servavit, quae
»patres tradiderant, sed et auxit in melius. qui non tantum sanctis,

NPOF

3 gno*ius P^1 | pynutum *P* | **4** superponat] perponat *N* | **6** pyui-tus *P* pynytus *F* | **7** inplectitur *N* | **15** soteren *P* | **16** se] sed *P*

»Σωτήρ, ἀλλὰ καὶ ηὔξηκεν, ἐπιχορηγῶν μὲν τὴν διαπεμπομένην δαψί»λειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους, λόγοις δὲ μακαρίοις τοὺς ἀνιόντας ἀδελ»φούς, ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος, παρακαλῶν«.

ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνη- 11
ται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι· λέγει γοῦν

»τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνέ»γνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκον»τες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γρα»φεῖσαν«.

ἔτι δ' ὁ αὐτὸς καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἐπιστολῶν ὡς ῥαδιουργη- 12
θεισῶν ταῦτά φησιν

»ἐπιστολὰς γὰρ ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γράψαι ἔγραψα. καὶ »ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου ἀπόστολοι ζιζανίων γεγέμικαν, ἃ μὲν ἐξαι»ροῦντες, ἃ δὲ προστιθέντες· οἷς τὸ οὐαὶ κεῖται. οὐ θαυμαστὸν ἄρα »εἰ καὶ τῶν κυριακῶν ῥαδιουργῆσαί τινες ἐπιβέβληνται γραφῶν, »ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβουλεύκασιν«.

καὶ ἄλλη δέ τις παρὰ ταύτας ἐπιστολὴ τοῦ Διονυσίου φέρεται 13
Χρυσοφόρᾳ πιστοτάτῃ ἀδελφῇ ἐπιστείλαντος, ᾗ τὰ κατάλληλα γράφων, τῆς προσηκούσης καὶ αὐτῇ μετεδίδου λογικῆς τροφῆς. καὶ τὰ μὲν τοῦ Διονυσίου τοσαῦτα·

τοῦ δὲ Θεοφίλου, ὃν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον δεδη- ΚΔ 24
λώκαμεν, τρία τὰ πρὸς Αὐτόλυκον στοιχειώδη φέρεται συγγράμματα, καὶ ἄλλο Πρὸς τὴν αἵρεσιν Ἑρμογένους τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον, ἐν ᾧ ἐκ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου κέχρηται μαρτυρίαις· καὶ ἕτερα δέ

13/14 Matth. 13, 25 — 14/15 Apoc. 22, 18. 19 — 22/23 368, 8 ff.

ATERBDMΣΛ

1 ηὔξηκεν TERBDM ἐπηύξηκεν A | 2 τῆσ T^1 corr. T^c | μακαρίοισ $AT^1BDM\Sigma\Lambda$ μακροῖσ ER γρ μακροῖσ T^{cm} | 6 οὖν M | 7 οὖν > BD 11 περὶ > B | 14 γεγέμικαν AT^1BD γεγεμίκασιν T^cM γεγεμίκασι ER 16 τινας Dionysios | 17 ἐπιβεβλήκασιν B | 18 ταῦτα T^1 corr. T^1 | 22 ΚΔ ΑΣ 372, 20 BD 22 ΔΓ ER 20 M | 25 ἐκ τῆς > R in Rasur

»quae usus corporalis poscit, impertit, verum et advenientes fratres clementi satis et mitissimo solatur adloquio et tamquam pium se ac religiosum patrem singulis exhibet«.

In hac ipsa scriptura meminit etiam epistulae Clementis ad Corin- 11
thios scriptae, significans veteri instituto et antiqua consuetudine semper ipsam epistulam lectam esse in ecclesia. denique sic dicit:

»Beatam«, inquit, »duximus hodiernam dominicam diem, in qua legimus epistulam vestram, quam et semper ad nostri commonitionem legimus, sicut et illam priorem a Clemente ad nos scriptam«.

Idem adhuc ipse de epistulis suis tamquam falsatis a quibusdam 12
haec scribit:

»Epistulas enim quasdam fratribus rogantibus me scripsi, quas tamen apostoli Satanaë zizaniis repleverunt, quaedam auferentes, alia autem addentes, quibus vae repositum est in iudicio dei. quid autem mirum, si dominica verba sanctae scripturae falsare conati sunt, qui vilia haec, quae nos scripsimus, corruperunt?«

Fertur adhuc et alia praeter ista Dionysii ad Chrysoforum fide- 13
lissimam sororem scripta, in qua convenientes vel sexui vel mensurae eius rationabiles ei divini verbi exhibuit dapes. sed de Dionysio satis dictum.

[XXIIII] Theofili vero, quem Antiochiae episcopum supra diximus, feruntur KΔ 24
tres institutionum libri ad Autolycum scripti et alius liber adversum haeresim Hermogenis, in quo et testimoniis utitur de revelatione Iohannis. sed et alii extant eius instructionum variarum libelli. igitur ea tempestate haereticis per omnem locum zizaniorum modo pura verbi

NPOF

1 quae] qui *P*¹ | **2** adloquium *N* | **5** uetere *P*¹ *O* | **7** duximus *om. N* | **10** falsis *N* | **17** istas *PF* | chrysoforam *F*² | **19** satis] satis sit *PO*

τινα κατηχητικὰ αὐτοῦ φέρεται βιβλία. τῶν γε μὴν αἱρετικῶν οὐ
χεῖρον καὶ τότε ζιζανίων δίκην λυμαινομένων τὸν εἰλικρινῆ τῆς
ἀποστολικῆς διδασκαλίας σπόρον, οἱ πανταχόσε τῶν ἐκκλησιῶν ποι-
μένες, ὥσπερ τινὰς θῆρας ἀγρίους τῶν Χριστοῦ προβάτων ἀποσο-
βοῦντες, αὐτοὺς ἀνεῖργον τοτὲ μὲν ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς νου-
